



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

2

h 15

CONSILIVM

DE EMENDANDA
ECCLESIA.

AVTHORE IO.

PETRO CARAPHA NEAPOLITANO OLIM

Cardinali Theatino, nunc sub Pauli quarti nomine pontificis
fice Romano.

T: P. P. V. donec daber A. P. G. L.
Novembri 1555.
Augusto



Dicunt, & non faciunt

ANNO SALVTIS
M. D. LV.

20851

of Bill Rome March 27 2012

Ch. Adams II, 52. 1. v. Paul IV papa

Aegypti (Constantinopoli), apud Digitized by Google

223-A 1st class S. S. 3: C
223 interval 3
of groups.

223-A 1st class

VERGERIVS.



T s i in hunc de emendanda
Ecclesia libellum, qui ante an-
nos plus minus uiginti primū
editus fuit, Martinus in primis
Lutherus, deinde etiam Ioane-
nes Sturmius, latine hic, ille
Germanice multa & grauia & pia scripserunt;
haud abs retamen, opinor, erit: Si quædam, sed
paucæ, utcunq; nos quoq; addiderimus. Valde
enim ad rem ecclesiæ interest reuocare libellum
hunc in memoriam quamplurimis, hoc præser-
tim tempore, quo Io. Petrus Cardinalis Theatino-
sus ex autorib. eius præcipuis, sub Pauli Quar-
tin nomine, pontifex creatus est.

Hunc igitur Paulum Quartum, quum Paulo
tertio hoc ipsum de ratione ecclesiæ emendandæ
consilium ipse postulanti dederit (tametsi nulla
proslus ex parte eam emendauerit, immo abusus
eius ac uitia, ut erat ille homo Epicureus ac tantum
non atheos, ad summum contrà euexerit) ob-
seruare nunc licebit: Si forte quod Pontifici con-
silium olim dedit, ipse pontifex nunc factus eo us-

A ij surus

surus sit, & an sit emendaturus quæ ipse met indi-
gere emendatione, tam uere quam constanter af-
firmauit.

Evidem ut officio fungi uideatur suo, tenta-
turum aliquid in hoc genere arbitror, & emenda-
turum, sed leuicula quædam atque ridicula, idqp
pro Paparum moribus, puluerem (quod aiunt)
uulspina cauda abstersurus. Cuius generis forte
fuerint, ut sacrificuli, in Italia Chietinos, in Ger-
mania Iesuitas (cuius ille autor secte fuit) insignes
illos hypocritas imitentur ab alijs, in quibus mo-
mentum emendationis maximum est, & rei totius
us cardo uertitur, manum strenue contenturum.
Dicunt enim & non faciunt. Quod si quid bo-
ni quid de se polliceri uidentur, antea quam nimis
rum in pestilentie cathedra ista confederint, tamē
ubi eò euecti fuerint, mox totam prorsus ratio-
nem & uitę & consiliorum meliorem in deterius
mutant.

Vt cuncte erit, siue corrigat ille, quæ aliquando
existimauit corrigi debere, siue minus, nobis
sat erit, quod ex hoc libello omnis non modo no-
stra, sed etiam inferior ætas, omnis posteritas in-
tellectura sit, ipsummet Paulum Quartum suo se-
scripto damnare, ac fateri uerbis disertissimis, uo-
cem nos iure per quadraginta annos ac merito ex-
culisse,

tulisse, Papas totamq; curiā Romanā accusasse.

Et enim, qui libellum hunc legerit, planè cognoscet Theatinum istum prorsus confirmasse capita ferē ea omnia, quæcunq; soliti sumus reprehendere: nempe,

Ecclesiam apud istos Christi iampridem colapsam ita esse, ut non Christi, sed diaboli Ecclesia sit.

Papas coaceruare ad desideria sua magistros prurientes auribus, non scilicet ab illis ut discant quod facere ipsos conuenit, sed ut illorum studio & calliditate ratio ineatur, qua breviter quod libet liceat.

Per eosdem Papas, Cardinales atq; episcopos blasphemari nomen Christi inter gentes.

Indignissime atq; imp̄issime facere eos, qui pre-textu potestatis clauium pecuniā emungant contra apertissimum Christi mandatum: gratis accessistis, gratis date.

Ordinationes clericorum, presbyterorum præsertim fieri apud illos incredibili negligentia atq; ordinari improbos, rudesq; asinos.

Exerceri nundinationes sacerdotiorum siue beneficiorum omnino Simoniacas tum flagitiosissimas.

Cardinales æstuare ambitione atq; avaritia,
A iii ambire

ambire à regibus & principib. episcopatus, aleré
factiones, bella serere.

Episcopos creari nulla neq; eruditione neque
uitæ honestate commendabiles, ut qui desertis at
que contemptis ecclesijs, ouibus c̄ Christi sibi
commissis, huc illuc otiose per luxum uagentur.

Poenitentiariam atq; Datariam (sic enim uocant) sceleratissimū quemq; clericum eundemq;
nebulonem pecunia præstita absoluere: atq; ab
ordinarij iurisdictione eximere.

In monasterijs tam uirorum quam mulierum
horrida fieri flagitia. Quo in loco etiam de pueris (proh pudor) qui apud monachos degunt, fit
mentio, quos Theatinus ex illis fornicibus sum-
mouendos ipse censuit.

Vrbem Romam refertam esse mulieribus im-
pudicis atque scortis, quæ uestitu omniq; appa-
ratu cætero nihil differant à matronis honestis,
queq; dum per medium urbem mulis uehuntur,
sectatores habeant in luce media, primi nominis
Cardinalium familiares atq; domesticos.

Vigere in urbe odia & factiones, Christi nomē
tam è cordibus hominum quam operibus eoru
abolitum esse.

Has (si dijs placet) uirtutes egregias, hæc deco-
ra, hæc ecclesiæ suæ ornamenta inter alia enumera-

rat

rat Paulus Quartus de se ipse & Babylone sua in
hoc libello, interim in carcerem & uincula durissima
sima coniuncti, ad remos relegans, in exiliū mito-
tens, denique capite plectens per Italiā, Galliā,
atque Hispaniā eos omneis, quicunque uel uerbu-
lo haec ipsa attingere & carpere ausi sunt.

O iniquum ô Impium ô crudele ac planē tyra-
nicum genus hominū. Quin uos Césares, quin
reges & príncipes (uos enim hīc iure appello) cū
isto nouo Antichristo pro uestro officio hunc in
modum agetis.

Nisi primo quoque tempore (Pontifex) ista tam
grauia tamque atrocia, que de te ipso et de toto gre-
getuo scribis, omni ludificatiōe omissa, serio cor-
rexeris, exercetem te crudelitatem in nostros sub-
ditos, quise à uestrorum flagitiorum, & impie
doctrinæ reprehensione ac detestatione contine-
re iure non possunt, minimè tolerabimus.

Quin ego denūcio uobis Césares, Reges, Prí-
ncipes, deum exacturū breui à uobis grauissimas
penas, nisi monitis meis ut supplicibus ita omni-
no necessarijs parueritis, nisi frenum inieceritis
belluz istifurenti.

Illud scire nos hic etiam oportet, multo adhuc
plura grauiorac, & magis aut æque impia Ros-
mæ esse, quæ emendare oporteat, præter ea quæ

A iiiij Thes

Theatinus attigit. Attigit enim tantum uitia atq;
abusus, qui in uita committi solent, nulla prorsus
facta mentione doctrinæ, quæ illic colitur, cœu cō
sentaneæ, scilicet Euangeliu Christi, nulla purga
tione aut emendatione egentis. Quum contrà Es
uangelio omniō et ex diametro (quod aiunt) pu
gnet: ut quam Papa cum suis creaturis miserè di
scripserint, atq; abominandis blasphemij s
purcarint atq; adulterarint, persequentes ferro
atq; igne subditos uestros, filios dico, qui spiritu
dei acti, horrendas illas contaminationes atq;
abominatiōes prophanationesq; ferre nō possūt.

Quod si uos hæc Principes vindicare neglexe
ritis, exurge tu deus, tu deus inquam exurge, uin
dica sanguinem tuorum, qui ob confessionem sa
cratissimæ doctrinæ tuæ cotidie ab antichristo et
iusq; affecclis effunditur. Perfice quod cœpisti. In
uite frementibusq; Antichristis ceterisq; idololo
ris omnibus perge, tuo spiritu & uerbomunda
re atq; illustrare ecclesiam, quam nobis sanguine
& morte unigeniti filii tui D. nostri Iesu
Christi ædificasti, ornasti atq;
consecrasti.

CONSL